

V K  
477





11.4.2



Vk

477

*h. 109, 1.*

DISCURSUS  
de  
LAUDIBUS VOIT-

LANDIÆ in forma Epistolari

ad

VOITLANDOS

populares

Populari scriptus stylo

à

M. NICOLAO OELSCHLEGELIO

Lobensteiniensi,

Anno

Centies optatâ gaudeat Voilandia pace,  
Perpetuò, precor, hæc post Latâ pace frivare.

*Cicero lib. i. offic.*

1622.

In hoc naturam debemus ducem sequi, & communes utilitates  
in medium adferre mutatione officiorum, dando, accipiendo: tum  
artibus, tum operâ, tum facultatibus devincire hominum inter  
homines societatem.




HOFII VARISC:

Typis Matthæi Pfeilschmidii.

BIBLIOTHECA  
PONICKIANA

11.4.2.



Perillustribus, Inclytis ac  
Generosis Dominis

Dn° HENRICO, Secundo }  
Dn° HENRICO, Tertio } RUTHENIS  
Dn° HENRICO, Quarto }

*Fratribus-Germanis lineæ Geranæ,*

Dominis à Plavia, Dominis  
in Grâiz, Crannichfeldt, Gera, Schlaiz &  
Lobenstein &c.

Dominis meis gratiosissimis &  
clementissimis

humilimæ subjectionis ergo

offerō

*M. Nicolaus Oelschlegelius  
Lobensteinensis.*



stia,  
Seve  
ticula  
nali  
ita ut  
Mifn  
persu  
tione  
dem  
per l  
lobt  
con  
quaf  
ipfi  
mon  
sibi  
bus  
Pfal  
hab  
prob  
vah  
ret t  
8,&



## DE LAUDIBUS VOITLANDIÆ.

**H**æc, populares omnium ordinum honoratissimi, Domini, fautores ac promotores magni, amici itidem, & agnati charissimi, patriæ nostræ dulcissimæ Voitlandiæ accidisse videtur, quod muliercula illi splendide vestita, de qua egregiè de consolatur philosoph. philosophatur Anit. Severin. Boëthius: *Violentorum enim manus omni ex parte particulas abscissione & separatione licet non physicâ, ac reali; intentionali tamen, ac logicâ abscindere non dubitârunt, neq; adhuc dubitant, ita ut, qui vicinior Franconia, Francus; Bohemia, Bohemus; Misnia, Misnicus; Thuringia, Thuringus, nescio, quâ contagione, sive vana persuasione audire malit, quàm Voitlandus, ipsi Voitlandiæ hac ratione insigni illatâ injuria. Imò nonnulli eò vesaniae progressi eandem stolidis, scepticis, inhonestis, ignominiosis petunt titulis, dum alii per Ironiam terram promissam, germanicè, sed diminutè das gelobte Ländlein; alii per Sarcasum donationem, quam DEUS concesserit diabolo, des Teuffels Reibgeding (ô blasphemia, quasi DEUS quendam cum Dæmone inierit contractum, concedendo ipsi fundum alimentarium, quo tamen ut Spiritus non indiget, licet monstrosa miscens mendacia impudenter regna mundi. Matth: 4. sibi vendicet) indigitare solent. Quemadmodum autem posterioribus hisce blasphemum remitto sarcasum, illisq; Davidicum illud Psal: 24. v. 1. oppono: DOMINI est terra, orbis terrarum, & qui habitant in eo: Sic istorum sententiam sepositâ ironiâ omninò approbo, ambabusq; accepto manibus ob causam subsequentem: Jehovah noster benedictus & gloriosus cum populo Israëlitico promitteret terram Canaan, ejusmodi illam exornabat encornio Exodi 3. v. 8, & 17. Dabo tibi terram fluentem lac & mel &c. à potioribus*

DEI donis, melle & lacte factâ, ut fieri solet, denominatione. Jam dubito, an etiam regio, quæ quidem æqualis, dico, & multò majoris capacitatis sive ambitus inveniri possit, ubi major mellis, lactisq; copia, utpote, quæ aliis etiam majoribus & remotioribus provinciis, suâq; opinione opulentioribus populis veluti proma quadam conda magno cumulo mel, butyrum, & caseum transmittere, eisq; communicare valeat, cujus rei testis satis locuples est Saxonia, testis Franconia, Misnia, Thuringia &c. ut tamen nihilominus unusquisq; ferè Voilandicorû incolarum sua de domo, suâve casula cum Corydone Virgiliano affirmare ausit: Lac mihi non æstate novum, nec frigore deficit. Nolite igitur, ô mei, permittere talibus traduci titulis Voilandiam nostram omni veneratione, uti in progressu evadet manifestius, dignissimam.

Descripturus jam, vel qualicumque saltem modo commendaturus Voilandiam, ab antiquitate, vulgò quod hoc in inscriptionis genere fieri solet, incipiendum duxi. Beata Trinitas de opere creationis, omniumq; entium dependentiû ortu nos instructura per sacrû suum Secretarium Mosen Gen: 1. v. 1 ita informat stylû:  
בְּרֵשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֶת-הַשָּׁמַיִם וְאֶת-הָאָרֶץ:  
In principio creavit DEUS cælum & terram &c. Ex quibus verbis liquidissimè constat, aliam terræ partem aliâ neq; priorem esse, neq; posteriorem, sed omnes simul & semel (Eccl: c. 18.) sex dierum spacio cum cælo & reliquis interceptis naturis (ἡ ἐπιχομίζων φύσεων, uti Aristot. lib. de mundo cap. 2. loquitur) perfectissimè quoad species esse absolutas, individuis ac individualibus in suis latitantibus causis, cultura tamen, & inventionis ratione alia aliâ prior posteriorve est, de quo nemo est, qui dubitationem admittere possit vel ullam, nisi qui patriâ vix portâ egressus horizontem terminari quadrante miliaris, cælumq; incumbere terræ existimat, vel ex aliorum saltem relatu confusam proximæ civitatis habet notitiam. Præterea ex scripturarum sacrarum constat oraculis, quod si in statu obedientiæ atq; innocentie substituissem protoplasti, nosq; cum & in ipsis, neq; omnes & singuli fuisset transgressi mandatum altissimi generalis & communis

*communis in paradiso humani generis permansisset patria, Succedente absq; morbis, miseriis, malis, deniq; non quidem ex conditione natura, quæ terrea erat, ut adhuc est, sive principiorum naturalium, & causarum internarum ratione sive unione; sed conditoris gratiâ, absq; morte (secus atq; olim docuerunt Pelagiani, tradente in prologo ἡρώδης D. Augustino) vegetorum, longævorumq; in cælum & beatissimas illas sedes translatione; post deplorandam autem à præcepto divino defectionem his quidem in terris contingit habitatio, verùm cum sudore & dolore, usq; dum per multos exantlatos labores, morte mediante, piis obtingit æterna ac felicissima illa beatitas, & beatissima felicitas, impiis contra pro meritis perpetuus interitus, inferniq; voracitas. Intereâ multiplicatis populis, diversi diversas, necessitate vel sic exigente, vel delectante varietate, vel etiam ansam dante ingeniorum discrepantiâ, rerumq; ipsarum permutarum passivâ ἀφορμῆ, ut videlicet commercia essent frequentiora, utq; quod deest alteri nationi, altera communicare posset, sibi quasi verunt Sedes. Voilandiam quod attinet, ea inventores Romanos (Roma enim, quæ & ideo caput mundi vocatur, viribus suis universum domuit orbem, suæq; subegit potestati) primosq; agnoscit excultores. Hi, testantibus Historicis, eidem sub initium præfecerunt Governatorem sive Administratorem prætorio titulo, qui celeberrimus erat, & dignitate honestatum, nomine Drusum, qui his ipsis in oris prope Olsnitium arcem extruxit suo robore, suâq; magnificentiâ adhuc conspicuam, quæ & ideo vocatur Arx Drusana, germanicè compositâ prædicti officii majestate cum loci, in quo conspicitur, eminentia Voigtbergel, unde universus hic tractus germanicum accepit, & adhuc obtinet Voigtlandt, populi inhabitatores nuncupantur Voitlandi, Varisci etiam, & Narisci à propinquiore excultoribus. Exinde constat tempus inventionis: Prædictus etenim Drusus circa tempora vixit Ovidii, quod Elegia 2. l. 2. de ponto, quâ ad amicū suū Messalinū ex exilio scripsit, hoc disticho testatū facit:*

*Præterit ipse suos animo Germanicus annos,  
 Nec minor est Drusi nobilitate vigor.*

A 3

(Drusus

(Drusus adfinis fuit Germanici, cuius hic fit mentio, qui de Cheruscis Cattis, aliisque Germaniae populis illo ipso triumphavit tempore) Historia autem produnt, Ovidii nativitatē incidisse in quadragesimum annum, qui praecessit Christi nativitatem, obitum verò in decimum nonum, qui eandem secutus (putatur mortuus Sexagenarius ferè, referentibus Eusebio & Buchholzero.) Siquidem & ipse Naso lib. 4. Trist. Eleg. 4. prodit, Se eo ipso natum anno, quo Cicero per Pompilium jussu Antonii interfectus est, quod cum dictis; si fides habenda Historicis, convenit. Incidit proinde inventio & cultura Voilandiae in aureum illud, & seculum longè felicissimum, quod Sibylla cecinisse, quodq; καὶ ἀδυνασίου descripsisse existimatur Poëta, qui non solum humana superavit ingenia; sed & se quasi parem naturæ extulit (uti eundem Jul. Cæs. Scalliger in opere admirabili commendat: ) Ecloga 4.

————— Redeunt Saturnia regna.

Jam nova progenies cælo demittitur alto.

Verè, inquam, aureum illud fuit seculum, quod multi Reges & Prophetæ optârunt, quod universa pia antiquitas magno desiderio videre desideravit, licet inventoribus ipsis tam eximia incognita fuerit felicitas, & multis post seculis abscondita inhabitatoribus. Quemadmodum autem ominando auspiciatum & felicem habuit ortum; sic hodieq; auspiciatissimâ, felicissimâq; fruitur prosperitate, quod nimirum Christus suis cum beneficiis longo tempore inter nos habitâvit, & adhuc habitet. Prodeat nunc M. Tullius, licet aliàs ipso nihil admirabilius Romana audiisse perhibeantur theatra, deq; sua in Salust. exclamet Roma: O fortunatâ natam me consule Romam. O miseram potius, ego dico, & omnium infortunatissimam Romam, quæ fundata à prædonibus, semper suis retinuit de primordiis. O deperditam Romam, quæ receptaculum, & omnium ferè scelerum est centrum. Quantò magis cum tripudio & exultatione nobis exclamare licet: O fortunatam, ô ter felicem Voilandiam illo inventam tempore, quo non est latius ullum, quippe quod toti terrarum orbi veram attulit felicitatem, imò eter-

nam



nam beatitatem, cui verè verbum illud accommodari potest  
: ארזא לא מתללנא ארזא גנ מתללנא  
Secreta sanè antea non effabilia fieri ceperunt effabilia.

Porro non multum disputabo, sub qua Cœli Zona, quibus Zo-  
diaci signis, aliisq; asterismis, quæve Poli elevatione sit sita, cum id-  
ipsum ex doctrina constet Sphærica, Blebeliana imprimis. Illud  
obiter annotare placet, quisnam ipsius ad vicinas regiones sit respe-  
ctus. Ab ortu igitur progrediendo versus meridiem Bohemiam  
habet regiam illam regionem, partemq; superioris Palatinatus,  
quæ utraq; ob insultus bellicos graviora & duriora hæctenus passa,  
inter meridiem & occasum Franconiam, fertile vini generosioris  
solum, ab occidente pergendo versus Septentrionem Thuringia est  
frumenti feracissima, cultissima à Septentrione Misnia, quæ tamen  
non ἀποτόμως convenire existimanda sunt, uti ex mappis patescit  
chorographicis. Longitudo & latitudo exactè sciri nequeunt  
ob causam superius adsignatam, interim libet, ut in tali negotio licet  
statuere hypotheses, redactâ obliquâ, imperfectâ, multangulari figurâ  
in perfectam circulare[m] ponere  $\omega\epsilon\iota\phi\epsilon\gamma\epsilon\iota\alpha\upsilon$  sive  $\omega\epsilon\iota\mu\epsilon\tau\epsilon\gamma\epsilon\upsilon\upsilon$  50. Mil.  
Germ. cuius  $\Delta\acute{\alpha}\mu\epsilon\tau\epsilon\gamma\epsilon\upsilon\upsilon$  juxta illud Archimedis: Proportio cu-  
juslibet circumferentiæ ad suam diametrum, est tripla ses-  
quiseptima, sicut nempe se habent 22. ad 7. ita 50. perimeter  
ad diametrum erit Mil. Germ.  $15\frac{20}{22}\frac{10}{7}$  sedecim præter propter.  
Sita est autem in loco, imò meditullio ferè Germania (cujus pars, fas  
sit ita loqui, in lingua nostra vernacula est similaris sive homogenia,  
quoad alteram compositi particulam tam in abstracto, quàm in con-  
creto) amœnissimo, ita ut grata sit varietas montium & vallium,  
sylvarum & camporum, hortorum ac pratorum, fontium ac fluvio-  
rum &c. ex qua delectabili varietate omnis generis resultant com-  
moda, quæ non solum Voitlandia intra sese suâ continet  $\omega\upsilon\tau\gamma\epsilon\gamma\epsilon\iota\alpha$ ;  
sed & (quæ uniuscujusq; boni natura, & sit communicativum sui)  
inter alios distribuit populos. Montes pleriq; omnes, vel saltem  
eminentiores sylvosi sunt, in quibus omnis generis aluntur feræ, non  
solum verè feræ, nocifera & necifera, ut ursi, lupi &c. quæ vastare  
Silvas,

sylvas, hominibusq; struere solent insidias, quarum nihilominus ex hominum circumspēcta ac cauta observatione sive captione usus potest esse maximus; sed precipuē tales, ex quibus magnates, ad quos jamdudum illud pervenit privilegium, sive dominium, quod ratione Scripturarum sacrarum (Genes: 1.) communiter concessum est homini, multas percipiunt jucunditates pariter, atq; utilitates, dum in venationibus animos ex multis rerum gerendarum curis defatigatos suaviter recreant, & postmodum delicatioribus fruuntur epulis, uti sunt cervi, apri, capreoli, lepores &c. Herbas quoq; producunt salutiferas, quae Medicinae maximē inserviunt: Non enim ubiq; locorum tam salubria inveniuntur medicamenta ad curandum vulnera, aliasq; corporis affectiones, quā in Voitlandia (in qua simplicia maxima ex parte colligit) & vicinis locis circumportat Medicus ille Sylvestris, quem vulgō vocant den Waldtmann oder Waldtheintzen. Non etiam destituuntur venis metallicis, unde ferrum, cuprum, alumen, aliaq; metalla, aliquibus in locis aurum & argentum effodiuntur. In quorum montium numero maximē conspicuus est Pinifer verticibus suis ardua petens astra, dicitur Fichtelberg, unde Voitlandi à nonnullis, quos suo abundare sensu permittimus, per quandam irrisiunculam (quemadmodum singulis ferē populis aliena adfinguntur affigunturq; agnomina) indigitantur Fichtelberger. In hujus sinu sive abscondito pretiosissimi latitant thesauri, propterea illi, qui ad ejusdem latera atq; radices habitant, à Venetianis hujus rei experientissimis saepenumero lapide dicuntur petere vaccam, qui lapis ipsa vaccā longē sit pretiosior. Idem mons quatuor fluviorum in Germania non incelebrium scaturigines alit, quorum, interpretibus antiquis, literas initiales continet dictio MENS, sive από τῆς mensis id factum sit, & fortuitō, memoria tantum causā; sive etiam ἐκ τῆς μενσῆσεως ac consultō, ita ut quemadmodum anima rationalis per Mentem proximē subjectam, atq; in excelsiori habitantem sede praestantissimas suas in toto corpore perficit operationes, similiter Voitlandia in hoc monte, tanquam suo capite, vel principali loco per hasce, ut sic dicam, facultates vires exserat

longē

longē  
nes, S  
M  
propē  
gratit  
lignis  
prode  
bratij  
distrib  
Hic n  
cos ad

M in  
lecta  
miam  
in sup  
maxi  
ambi  
Barb  
ligna  
ribus  
Hala  
paran  
una c  
in ter  
qua  
terū  
parun  
omni  
cobii

longè nobilissimas in universam Germaniam, ...

nes, Sunt autem Mœnus, Egra, Naüs (sive Na

Mœnus exinde per mediam defluens Franco  
propè infinitas præstat commoditates non solum ob  
gratissimæ delicatorem epulæ, abundantiam, sed &  
lignis ad excolendas vineas, aliâq; necessaria. Mœ.  
prodest Germaniæ: extat enim causa primaria mercatu.  
bratissimi Francofurtensis, unde omnis generis merces in u.  
distribuuntur Germaniam, & reciprocè ex hac in alias proz  
as. Hic notari etiam potest enigma, quo Philippus Melanchthon Fran-  
cos ad studium Mathematicum excolendum hortatur:

ἔξοχα τῶν ἄλλων τὰς Φοίβας Φεράγνε πορείας

μάνθανε, ἔργονίης καὶ Θεῶν ἔργα Φορέας.

ὅτι ἔτις συνόλῃς ἔλκει πόσα ἡμᾶς κύκλῳ,

τὸ ποταμὸς Φερίζει τῶνομα ὑμεδαπῆς.

M in Græcorum numeris denotat 40. E 5. N 50. O 70. Σ 200, quæ col-  
lecta constituunt 365 numerum dierum integri anni. Egra Bohe-  
miam transiens suas ibi representat utilitates, quemadmodū Naüs  
in superiori Palatinatu. Sed quid de cœruleo dicam Sala! Hic vel  
maximè commendabilem reddit Voitlandiam, quam lambit &  
ambit, postea à Thuringia dividit Misniam, & tandem in comitatu  
Barbyensi Saxonum terra exoneratur in Albim. Hujus beneficio  
ligna tam ad usum culinarium, quàm ad extruenda ædificia inferio-  
ribus ad eundem habitantibus subministrantur populis, uti præcipuè  
Hala Saxonum fatetur, quæ eisdem etiam oportunè utitur in præ-  
parando atq; coquendo Sale. Ego insuper in ea sum opinione, quod Sal-  
unà cum Sala (quod & nomen subindicare videtur) eò pervenit, ubi  
in terræ visceribus invenit πεφουκός, & materiam aptam natam, in  
qua vires in nostra acquisitas Voitlandia, manifestare potis sit. Cæ-  
terùm Elyster, Mulda, & ripæ infinitæ eandem permeant, eiq; non  
parum adferunt emolumentum ob talium piscium copiam, quales non  
omnis alit aqua, ut sunt aurata, funduli, barbi, carpiones, anguilla,  
cobii thymali, cancri, rivaliū aureolarum alibi vix audita multitudo.

B

Tempore

1  
ca.  
vi,  
ar  
ta  
gu.  
autumn' aucupia delectationem pariunt, ubi fistula dulce  
dum decipit auceps, qui area, calamo sive virgine  
cula, retibus explicatis nebulosis, pedicis, aliisq; modis  
dias struunt: hinc quoq; indiscriminatim ad homines,  
qui sunt superioris sessionis, quàm qui inferioris subsellii sin-  
gularitates, commodaq; resultant singularia. Si praeclarum  
DEMONUM est, uti certissimè est, aëris temperies & salubritas,  
commendationem hoc certè nomine vel precipuam promeretur pra  
multis aliis regionibus patria nostra communis, in qua rarò experi-  
mur grassari morbos contagiosos. Ego sanè qui iam in lustro aetatis  
meae virsor septimo, non recordor infectionis cujusdam pestilentialis  
in Lobensteinia mea, neq; autumo, facile aliquem inveniri, & lon-  
gevi inveniuntur plurimi, superstitem, qui recordetur. Hac eadem  
non postrema causa est felicitum ingeniorum ad quas vis excolen-  
das artes idoneorum, quae non tam verè, quàm eleganter Excell. Dn.  
Wolffg. Heiderus, uti alibi etiam annotatum, hoc modo describit:

Semper alumna fuit Martis, fuit Artis alumna  
Prisca Variscorum tellus, quin jure superbit  
Militis egregii durâ virtute, superbit  
Doctorum numero, meritis, & honore virorum  
Voitlandum pingi cupies, ita pingit Apelles,  
Ut gerat una manus gladium, ferat altera librum,  
Et capiat primam non segniter utraq; palmam.

Quos versus germanicè sic placet reddere:

Von alters her das Voigtlande ist  
Gewes'n / wie noch zu aller frist  
Der Freyen Künst Ernehmerin/  
Der Kriegsteut auch beschererin/  
Wilst wissen / wie zu mahlen sey  
Ein Voigtlander? Wilst sagen frey:  
Apelles ihn also formiert/  
Das er in d' Rechten ein Schwert führet/  
In d' Linckn ein Buch / dadurch bedeut/  
Das Er zu aller Zeit bereit  
Das Vaterland zu defendirn  
Mit Schwert vnd Wassen / vnd zu führen  
Durch Freye Künst des'n Lob vnd Preiß/  
Vnd greiff zum ersten Ruhm mit vleiß.

Quemad-

*Quemadmodum autem Varisci armis pariter & litteris efflo-  
rent, rerum humaniorum scientiâ, & bellicis virtutibus sunt inclyti,  
Musas Marti, stylum gladio decenter copulant; sic & mechanica  
tractant accuratè, præcipuè quæ circa lanas versantur, quod Curia  
fit, Reichenbachii, Plavia, Schlaizæ, Neostadii ad Orilam, &  
alibi, tum in texendis pannis, tum aliis subtiliorib<sup>9</sup> materiis, tramo-  
serico, atrebatico, pseudoserico, heroromallo, sicuti etiam ex gossypio  
conficiuntur pepla, quæ maximâ ex parte Francofurti ad Mœnum, &  
Lypsia excipiuntur, aliog<sup>3</sup> transmittuntur. Civitates quod attinet,  
tales habet, ut licet non imitentur insolentiam & magnificentiam  
Italiam, Hispanicam, Anglicam; certare tamen queant cum aliis  
Germaniæ pluribus. Arces etiam magnificè & eleganter extructas,  
inter quas nonnulla probè munita, quamvis & multas incuriâ ho-  
minum antiquitas corrui permiserit, qualis etiam in patria mea Ro-  
benstein in loco excelsò valdè conspicitur, muris & vallis robustissi-  
mis circumdata. Sunt & in quibusdam oppidis singularia ex im-  
periali autoritate privilegia, ita ut quando res sit de capite, reus  
ibi tutò receptum querere possit, usq<sup>3</sup> ad causæ suæ patrocinium, ut vi-  
delicet jus æquum eos, quos interpretes sæpenumero excoriare jubent,  
excuriare desinat, nimirum Lichtenbergæ, Hirschbergæ, War-  
tenfelsii in Franconiæ limitibus. Præterea Xenodochia opu-  
lentiora atq; Cœnobia & monasteria quoad munificam annuo-  
rum reddituū ac censuum opulentiam celebriora continet (sunt enim,  
quod πᾶσι δὲ λυκῶς subindico, qui inter duo hæc vocabula discrimen  
agnoscunt, quibus Cœnobium est intra urbem vel vicum; Mo-  
nasterium verò remotum ab aliorum hominum cohabitatione in  
loco solitario: Quâ in significatione Curia cœnobium est; non  
procul à Salburgo Monasterium) quorum reditus tempore re-  
purgatæ religionis principes non ad luxum aulicum, non ad alendos  
canes, non ad venationes, & similia destinârunt exercitia aulica; sed  
artium & linguarum officinas Scholas constituerunt, Præceptori-  
bus honesta salaria, pauperibus insuper Scholasticis stipendia liberalia  
ordinârunt. Talis Schola Curienfis est, ex qua à primo usque*

exordio plurimi Doctissimi Viri tanquam ex equo Trojano egressi  
magno cum fructu atq; emolumento Ecclesie, Scholæ ac Reip. præfue-  
runt & adhuc præfunt. Sunt & aliæ celebres, ut Plaviensis, Neo-  
stadiensis, ad terminos Thuringiæ Salveldensis, in finibus  
Misniæ Schnebergensis & Cygnea, quæ olim ob severitatem di-  
scipline, Rectore tum temporis quodam plagosiore, nomine Platea-  
no proverbium fecit, quod ad nostram usq; pervenit ætatem, ut quem  
ad Anticyras ire jubeamus, germanico sono ita alloquamur: *Was  
muß ihn gen Zwickau vff die Schleiffmühl schicken.*

Magistratum habet custodem utriusq; tabulæ Decalogi, aliarumq;  
congruentium Legum, utilitatem ac honestatem spectantium, qui  
justè transgressores ulciscitur, cælestis doctrinæ sinceritatem amat &  
amplectitur (Deut: 17.18. Jos: 1.8.) detestatur & abolet idolola-  
triam, summo contra studio veram doctrinam propagat, fovet Scho-  
las, idoneos ac sinceros Doctores legitimè vocat & ordinat (Esa: 49.  
23.) pietatis exemplo subditis præluceat, ingruentibus calamitatibus  
eosdem ad veram & seriam pœnitentiam, ac preces ardentes exhor-  
tatur (2. Sam: 6.14. 1. Reg: 8.12. Joh: 3.6.) impios, Epicureos &  
blasphemos severè coercet, & pro meritis graviter punit (Lev: 24.)  
os sive verbum Domini in omnibus piè & ritè administrandis con-  
sultat, eiq; obtemperat (Psal: 119.24.) ad gubernationem viros Con-  
siliarios pios & bonos sibi deligit, impios perfectò prosequitur odio  
(Exod: 18.v.21.) sine personarum respectu cognoscendo causam, fe-  
rendo sententiam justè judicat (2. Paral: 19. 6.) Exemplo piorum  
Judicum & Regum in sacris Scripturis pro pace & libertate publica  
(Leges, Libertas, qVæ, & paX sVnt optlMa Dona.) vel de-  
fendenda, vel restituenda cum hostibus, si opus est, dimicat, subditosq;  
suos legitimè necessariis assumtis armis defendit. Diversus tamen  
est, partem enim sibi vindicat Serenissimus Saxonie Elector,  
reliquiq; Illustrissimi Duces Saxonie, partem Celsissimus  
Marchio Brandenburgicus CHRISTIANUS, partem etiam  
Generosissimi Comites Schwarzburgici, minimè autem  
postremam Perillustres & Inclyti Domini HENRICI RU-

THENI

THENI Generosi Dynastæ à Plavia &c. *inter quos uti à prima  
juventute ad differentiam, Junioris nomen adeptus: Sic jam, quem-  
admodum atate; ita & Sapientiâ Senior est, Seniorisq; titulum  
meritò sibi vendicat, GERÆ qui residet, cujus in laudes ac virtu-  
tes velificare si vellem longissima opus esset à proposito digressione,  
interim unum attingere libet, sed absq; illo vitio, quod ἀπὸ τῆς δόξης  
adulari vocatur. Hic in universo suo territorio singula fermè ædifi-  
cia sacra, templa, scholas, ædes parochiales, quæ visa fuere minitari  
ruinam, renovari, splendidiusq; illustrari, aliquot ex imis planè fun-  
damentis exuscitari atq; erigi curavit, quæ sola res perenni vita di-  
gnum constituit Heroëm, ut reliquas taceam virtutes, quæ omnes in  
animo ac corpore hoc verè generoso ac gratioso gratissimo, suavissi-  
moq; se invicem exosculantur amplexu, quæ ratione, uti à Magistratu  
DEUS requirit, Ecclesiæ ac Scholæ pientissimus est nutritius, quod  
juxtà mecum viri undiquaq; Doctissimi publicè deprædicant. Frid.  
Taubmanus seculi nostri Poëta celeberrimus, cujus studiũ  
erat prodesse litteris cum delectatione in Epistola ante se-  
ptemium ad me exarata inter alia hæc inserere non dubita-  
vit: Mulagæes vester HENRICUS RUTHENUS heroici cor-  
poris ac animi Dynasta nuper Dresdæ super Scholam Ge-  
ranam multa mecum sermocinatus fuit, amat atq; intelligit  
Heros nostras litteras, & quæ potest ratione adjutum it. Ra-  
rum in illo fastigio & dignitate exemplum. Ego si mei arbi-  
trii res esset, vellem ipsum magni alicujus regni principem,  
& vel Romanum Imperatorem, sat in eo virtutis & sapien-  
tiæ. Clariss. Heiderus in pr. Orat. de vulpec. Scholasticum  
simili commendat modo, quod Geræ Musis non caulas; sed  
aulas: non tuguriola; sed palatia propè regia aperuerit. Sed  
& nihil est, quod non efficere possit vigor tam sublimis animi, à nul-  
lis, iisq; sublimibus impedita negociis velocitas mentis, acumen inge-  
nii acutissimum, quibus hucusq; omnium Magnatum gloriam aut  
æquavit aut superavit, piissimus, fortissimus, amabilissimus, pulchri-  
tudini corporis honestamenta morum copulavit, splendori generis*

splendorem doctrina contexit, sine qua claritas gentilitia ferè dimidiata est, & claritas natalium parùm splendet (uti Beroaldus in C. Jul. Cæs. loquitur) in propatulo splendidus, domi nitidus, in Lycæis instituendis promptissimus, visitandis frequentissimus, dirigendis & ordinandis ingeniosissimus, domus Ruthenicæ sunt conciliabula politioris doctrinæ, ubi quotidie mentes auresq; abundè saginare licet pabulo litteratorum litterario. Sed res ipsa loquitur. Quid igitur rebus sic, & firmiter sicstantibus, honoratius, tantoq; principe dignius proferri posset! Ut paucis complectar multa, nominis sui famâ universam implevit Europam, & quò perveniunt Europæi. Nempe dignum laude virum Musæ vetant mori. Idem Heros semper sui similis sua pro auctoritate, suoq; in humaniores litteras solito favore atq; amore, consentientibus & *καὶ δὲ ὑμῶν* consententibus Lobensteinensibus meis egregium jam vicissim molitur opus, Scholam nempe novam priori ampliorem atq; celebriorem Lobensteinii (quod laudabile propositum DEUS, uti ex animi animo *ὀβέο* ac *φάβέο*, promoveat) instituit, in cujus promotionem, & incrementum subsequentes relinquo versiculos latino-germanicos:

Ut dicitur: Sæpissimè  
Res convenit cum nomine,  
Sed esse & id verissimum,  
Testaris ecce patria!  
Laudabilis nomen lapis  
Olim tibi sacrum fuit,  
Et est adhuc, propagine  
Novæ Scholæ fit clarius.  
Hoc opto, in hac lapilluli  
Ecclesie formentur ad  
Structuram, & apti omni modo,  
Ut angularis Christus est.  
En perge transplantare sic  
Laudes tuas ad posteros  
Ex cordis intimis tibi  
Fibris precor prosperrima.

Ein allgemeines Sprichwort ist/  
Wie Nahm! also die That auch ist/  
Das dem also! machstu bekant/  
Mein allerliebstes Vaterlandt.  
Du wirst genennet Lobenstein  
Von alters her noch in gemein  
Erlangst des Lobs erweiterung/  
Durch Neuer Schulen auffrichtung.  
Das wünsch ich dir von Hexengrundt/  
Das darinnen zu aller stundt/  
Zum gbeu den Kirchen *Stas* vormirt/  
Wie sie Christus der *Stein* ziert.  
Fahr fort dein *W* zu propagirn  
Auff die Posterit mit Ehren/  
Dazu ich dir dertzlich gönne  
Glückseligkeit! Freud und Wonne.

A Magistratu ad Subditos mea se *bet* dissertatio: Vulgato autem dicitur versiculo: Regis ad exemplum totus componitur orbis, & Talis est civitas, quales sunt principum mores. Quibus igitur virtutibus imperando studet Magistratus, easdem subditi emulantur, obediendo, suasq; res agendo, pietati ante omnia, quæ ad omnia est utilis, student, superioribus honorem & reverentiam non duntaxat externam exhibent; sed agnitione *divinæ* ordinationis sincerum amorem, subjectionem, preces, & candorem excyclandi humanæ fragilitatis infirmitates (1. Petr: 2. v. 17. 1. Tim: 2. 2.) atq; sic debitam obedientiam, paratumq; obsequium in omnibus honestis officiis præstant, justam tributa belli & pacis tempore solvunt (Rom: 13. v. 5.) Aliàs etiam animos in fronte gerunt, candidi nempe sunt, & aperti in quarumlibet actionum contractibus, sunt misericordes & benefici erga proximum egentem, rivulos suos foràs derivant, nihilominus ut cauti & circumspecti patres matresq; familiàs sciunt frontem esse occipitio priorem, sunt hospitales, reverentiam exhibent peregrinis placidè illos alloquendo, excipiendo, salutando, resalutando, advenientibus, quòd vix alibi fit, quos etiam antea nunquam viderunt, panem porrigunt, imò quod ego scio, multorum in ædibus panis & caseus (quæ magnæ reverentiæ pars est, dicentibus Germanis: *Es steht viel Ehr in einem Brot und Brod*) Semper in promptu est, & ad manus reservatur, ut unicuique ingredi



ingredienti sit obuius. Et quis omnia laude digna recensere posset! Juxta Ictos autem  
nulla regula tam firma est, quæ non patiatur exceptiones, sic quoque & ego non  
omnia sub canonem & regulam voco individua, quin & Salvator ipse noster duodecim  
subditos sibi fecit discipulos, in quorum numero unus; nempe Judas deprehensus fuit  
proditor Domini sui, Domini de Cælo, Domini totius mundi. Quemadmodum igitur  
ubi, sic quoque & hic diabolus sua habet excrementa, & mancipia, in quibus ut princeps  
hujus mundi (Ephes: 6. v. 13) imperium suum manifestat, & exserere possit, neque abs-  
re, quod presentis seculi (in quod nos reseruarunt Fata) mores, ubi omnia in pejus ru-  
unt, ut alibi, sic quoque & his in oris non paucorum animos alio arripuerint. Idiomate  
Sermonis Voilandici utantur mixto, maximam partem mutuatur à Francis & No-  
ricis ob frequentiore cum illis conversationem. De cultura Soli, ejusque natura supe-  
rius nonnulla prolata fuerunt. Quoad frumenta quamvis propter Sylvarum & petra-  
rum interpositum tantam fertilitate ager Voilandicus non producat segetes, quantam  
Thuringicus; attamen hucusque, vix deprehensus fuit defectus, quin & panis ferè semper  
pretio viliori hic quam alibi emtus fuit, & quod merito admirationem promeretur  
maximam, ex ipsa nostra Voilandia tempore instantis vicini hujus belli frumenta in  
Misniam, Thuringiam, Saxoniam transmittuntur. Agriculturam non parum promo-  
vet res pecuaria sive pecorum educatio, hinc in Sylvis, campis, pratis multa boum  
armenta pabulum quærentia, multas greges ovium & caprarum cernere licet, ita ut non  
aliter, atque in siculis montibus, quod Poëtarum DEUS ait, modo hic, modò illic mille vi-  
deas errare agnas. Memorabilis legitur historia in N. T. Matth: 4. ubi Christo ut ho-  
minis filio post miraculosum quadragesimale jejunium humano more esurienti circa  
panem & famem instantia à Damone objicitur talis: Si filius DEI es, dic ut lapides  
isti panes fiant. Jam licet Salvator impuro spiritui ad placitum & nutum noluerit  
respondere, & quod possibile sit, re ipsa demonstrare (Nolo autem jam Metaphysicè  
disputare de potentia absoluta & ordinata, neque etiam sollicitus sum de repu-  
gnantia & non repugnantia, vel de iis, quæ rationem factibilitatis, & non facti-  
bilitatis in sese habent) attamen Voilandia οὐρανοφάνως demonstrat, quod  
potuerit, & adhuc possit ille, qui ex aqua vinum fecit generosissimum (Joh: 2.) imò per  
quem cuncta primum ex nihilo facta sunt (Gen: 1. Psal: 33. Joh: 1.) & facilius vi-  
detur esse aliquid ex aliquo, quam ex nihilo aliquid facere. Ut enim illam im-  
proprie & per ἀκυρολογία sive dictam μεταμόρφωσιν sicco transiliam pede, ubi  
lapides fossoribus metallicis, fabris ferrariis, aliisque plurimis, mutante, mediante, & in-  
terueniente labore, convertuntur in panes, quibus se suosque honestè sustentare possint,  
videat quis, an etiã rustico ex Thuringia, Saxonia, Misnia & c. qui antea nondum nostram  
Voilandiam, huc venienti, agrosque lapidibus tectos & quasi obrutos, jam modò aratos  
& consitos conspicienti persuadere poterit (neque etiam sensus permittit communis) her-  
bulam, culmum, spicam, aristam, granum inde provenire posse, cum tamen frumenta  
omnis generis producant nobilissima. In sinibus Franconia & Thuringia ad Sala ripam  
terra profert vina ex sententia, quæ & ideo tolerabilioris sunt pretii. Viator & pe-  
regrinus tempore veris atque æstatis sua sentit commoda, dum sub aprico à Solis  
perustus fervore grata vicissitudine Sylvarum umbra & refrigerio fruitur suavissimo,  
hortos & prata superambulat jucundissimum & fragrantissimum percipit odorem flo-  
rum, qui mellificio maxime inserviunt. Hæc licet singula tanti sint momenti, ut seorsim  
suam promereantur laudem, cuncta tamen & conjuncta patriam nostram multis re-  
gionibus longè præferunt. Illa denique laudum laus est, & laudem superat omnem, quo  
nomine vel in primis cum paucis aliis Voilandia gaudere ac gloriari potest regionibus,  
quod

QK  
K 497

quod in universa hac provincia sub diverso quamvis (uti dictum) Magistratu verbum DEI purè & sincerè doceatur, Sacramenta juxta Christi institutionem legitimè administrentur. Meritò igitur sibi Psalmistæ illud applicare potest: Non fecit DEUS taliter omni generationi. O verè fortunatam, omniumq; felicissimam Voilandiam, tam sublimibus, quàm quoad spiritualia, quàm quoad secularia divinitus exornatam donis, quæ meritò grato reputare debet animo, & unanimitate corde ac ore incolarum cum Regio Psalte Psalm: 34. dicat, canatq;: Benedicam D O M I N O omni tempore, semper laus ejus in ore meo &c.

Tandem singula loca in specie, quemadmodum res laudabiliter gestas recensere me non est instituti. Conscriptæ autè sunt magna diligentia, & accuratâ inquisitione pariter, ac propria observatione 1. in lingua germanica à viro Clarissimo Dno. M. Enocho Widemanno, olim Rectore Scholæ Curiensis, præceptore meo piis affectibus æternùm prosequendo, quæ transcriptæ in multorum versantur manibus, diligentissimè autem in Curiensium archivis reservantur. 2. in sermone latino à Reverendo ac Doctissimo viro Dn. M. Martino Pfüntelio, Ecclesiæ Gailsdorffensis διοικήσεως Plaviensis Pastore, amico meo singulari, quem amicè rogitò, ut in honorem atq; decorè patriæ editionem, de qua superioribus annis nonnihil audiui, maturare velit. Mappam chorographicam civitates & vicos celebriores representantem conceptam habeo, quæ etiam brevè, volente Domino, chalcographi adminiculo publicè exhibebo. Hæc, populares benevolentissimi, ego p. t. omni destitutus supellectile librariâ brevè filo, viliq; stylo, quemadmodum ex liberalitate ingenii profluxere, ad vos exaranda putavi, nō ut omnes ac singulas Voilandie laudes, quæ innumerabiles sunt, recensere vellem, neq; ut existimarem, me vobis nova & incognita scribere; sed (quia, dicente Platone & Cicerone, ortus nostri partem patriæ sibi vendicat,

O patria, utinam diligant te singuli  
Cives, ut hoc ardet meum pectus tui  
amore vero—)

Ut alicui, cui optatum est ocium, quietiorq; quies, occasionem largirer quasi capillatam latius & elegantius in patriæ gratiam hanc ipsam pertractandi materiam, vel, quod etiam in votis & optatis habeo, ut vos moverem, tandemq; commoverem ad studiorum meorum, quæ chartæ hujus beneficio postliminiò offero, promotionem, quò talia & alia, quæ tempore peregrinationis meæ, & antea meditatus fui, vobiscum & cum Republ. literariâ communicare valerem. Forsitan filii, & nepotes vestri, quando eventus, quod spero, & à DEO precibus assiduis efflagito, respondebit voto, eorundem aliquando percipient fructum, quemadmodum publico in programme pluribus haud ita pridem significavi. Tantum est! Catera diu, & feliciter valete. Interea patriam meam per se laudatissimam adhuc cum annexo voto

(Non hostis hîc trophæa figet uspiam,  
Nullos triumphos hîc ager, nec laureâ  
Victrice glorians superbè ornabitur.)

Per Chronodistichon sic alloquor:

Centles optatâ gaVDes VorLandia paCe,  
PerpetVò, preCor, haC post Latâ paCe frVare.

Summo DEO sit gloria,  
Calumniatori confusio & ignominia.

F I N I S.

M. B.



tu ver-  
em le-  
on fe-  
simam  
divini-  
e ac ore  
D M I-

ere mei  
one pa-  
I. Eno-  
fettibus  
entissi-  
ndo ac  
σεως  
decorē  
appam  
eo, quā  
opula-  
stylo,  
omnes  
existi-  
erone,

illatam  
el, quod  
diorum  
Et alia,  
ubl.lit-  
us, quod  
o perci-  
dem si-  
eam per

ULB Halle 3  
004 969 618  



f

VD 77





DEI doni  
dubito, an  
pacitatis  
utpote, qu  
opinione  
cumulo n  
valeat, c  
Misnia, S  
landicori  
liano affi  
defit. N  
landiam  
festius, d  
De  
daturus  
ptionis g  
opere crea  
per sacrū  
הארץ  
In princ  
verbis li  
neq, poste  
spacio cur  
uti Arist  
cies esse ab  
causis, cu  
ve est, de  
nisi qui p  
miliaris,  
relatu cor  
psurarum  
innocent  
& singul



minatione. Jam  
multò majoris ca  
bellis, lactisq, copia,  
s provinciis, suaq,  
dam conda magno  
eisq, communicare  
, testis Franconia,  
usquisq, ferè Voit-  
m Corydone Virgi-  
um, nec frigore  
duci titulis Voit-  
essu evadet mani-  
m modo commen-  
ò quod hoc in scri-  
Beata Trinitas de  
tu nos instructura  
ita informat stylū:  
ברשית ברא א  
&c. Ex quibus  
à neq, priorem esse,  
c. 18.) sex dierum  
ἐξ ἡμερῶν φύσεως,  
ētissimè quoad spe-  
n suis latitantibus  
liā prior posteriōr-  
re possit vel ullam,  
minari quadrante  
ex aliorum saltem  
z. Præterea ex scri-  
tu obedientia atq,  
in ipsis, neq, omnes  
istimi generalis &  
communis

comm  
dente  
natur  
& ca  
absq,  
prole  
in cæ  
autem  
habit  
tos la  
atita  
teritu  
versa  
iam  
muta  
tiora  
quasi  
man  
univ  
excub  
Gube  
mus  
oris p  
tiā a  
cè cor  
emin  
accep  
pant  
excub  
Dru  
quā a

